

(Conc. Aquisgr. 819.)

'Item placuit, ut quicumque
'episcoporum necessitate peri-
'clitantis pudicitie virginalis,
'cum vel et petitor potens vel
'raptor aliquis^b formidatur, vel
'si etiam aliquo mortis pericu-
'loso scrupulo conpuncta fuerit
'ne non velata moriatur, aut
'exigentibus parentibus aut his,
'ad^c quorum curam pertinet,
'velaverit virginem seu velavit
'ante XXV annos aetatis: non
'ei obsit^d concilium, quod de
'isto annorum numero consti-
'tutum est.' Unde colligitur^e,
quia iuxta priorem sanctionem
virgines XXV. aetatis suę anno
rite consecrandę sint. Quod
si premissę necessitates ante id
fieri aptilaverint, nullum possit
episcopo^f afferri preiudicium
consecranti.

(7.)¹ De feminis vero, quę
viros amittunt, | 60 a | pla-
cuit omnibus, ne se, sicut hac-
tenus, indiscrete velent, sed ut
XXX^a dies expectent; post tre-
cesimum vero diem per con-

(Cap. eccl. 819.)

'Item placuit, ut quicumque
'episcoporum necessitate peri-
'clitantis pudicitie virginalis,
'cum vel petitor potens vel
'raptor aliquis formidatur, vel
'si etiam aliquo mortis pericu-
'loso scrupulo conpuncta fuerit
'ne non velata moriatur, aut
'exigentibus parentibus aut his,
'ad quorum curam pertinet,
'velaverit virginem seu velavit
'ante XXV annos aetatis: non
'ei obsit concilium, quod de
'isto annorum numero consti-
'tutum est.' Unde colligitur,
quia iuxta priorem sanctionem
virgines XXV. aetatis suae anno
rite consecrandae sint. Quod
si praemissae necessitates ante
id fieri *compulerint*, nullum
possit episcopo adferre prae-
iudicium consecranti.

XXI.² De feminis, quae viros
amittunt, placet, ne se, sicut
hactenus, indiscrete velent, sed
ut XXX dies *post decessum*
virī sui expectent *et* post tri-
gesimum diem per consilium

Can. 6. b) aliqui L.

c) a L¹.

d) Glosse in L: imped(i)t.

e) colitur L. f) episcopum L.

Can. 7. a) XX L.

¹) Can. 7 und 8 sind wahrscheinlich beeinflusst von Gelasii
Decr. c. 21 Dion.-Hadr. (p. 536): ... *Sicut enim (viduae), si se forsitan
continere non poterant, secundum apostolum nullatenus nubere vetabantur,
sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiae fidem de-
buerunt custodire. ... Cavendum est quippe, quae de earum moribus
actibusque beatus Paulus testatur apostolus ...* ²) = Anseg. 1, 96;
Ben. Lev. 1, 222.